

32.
DISPUTATIO
DE
MORBO NEAPO-
LITANO,

Quam
Diuinâ aspirante gratiâ,

SUB PRAESIDIO
Magnifici, clarissimi & excellentissimi viri,
DN. IOHANNIS SIGFRIDI,
Medicinæ Doctoris, eiusdemq; professoris or-
dinarî, Pro-Rectoris in Academia Iulia, ac Col-
legi Medici Decano;

Pro
Licentia consequendi gradum in arte Medica
& Chirurgica proponit & defendet
ANDREAS SINGERVS,
Ackendorffio-Magdeburgicus.

Fiet disputatio die 9. Iunij, hora 7.
in Auditorio nouo maiore.

HELMAESTADII,
Ex officina typographica IACOBI LUCII,

Anno cIo 1o cXIII.

Reuerendo admodum, clarissimo ac doctissimo viro,
DN. PAVLO GODEFREDI, Imper.
Monasterii Bergensis propè Magdeb. Coad-
iutori dignissimo,

&
Venerando atq; spectabili viro,
DN. THEODORICO AVIO, Præposi-
to D. Mariæ virginis apud Magdeburgenses
fidelissimo:

Nobilissimo item ac generoso Heroi,
DN. LVDOLPHO ab *Aluensleben* / LV-
DOLPHI b. r. filio, Hereditario in *Hundesburg* / Calba
& *Engersheim* / r. Archiepiscopatus Magdeb.
Consiliario primario:

Nec non
Viris, claritate, excellentiâ, multarumq; rerum
usu experientissimis,

DN. HENRICO ELLENBERGERO, Medicina-
rum Doctori & Illustrissimi Archipræfulis Magdeb.
Archiatro & Consiliario meritissimo:

DN. MARTINO COPO, Med. V. D. eximio, Spa-
gyrico exercitatissimo & Reipub. Magdeb.
Phyfico ordinario,

DN. LAVRENTIO HAHN, V. M. D. & Chymia-
tro præcellentiss. Hildesiensium Medico-Præctico
nulli secundo,

Dnis. Mecænatibus, promotoribus atq; fauitoribus meis
eternum officiosè colendis & obseruandis.

Hasce Theses

D. D. D.

Auct. & Respondens.

THESIS I.

MOrbum Neapolitanum ideo dixerunt quidam in arte Asclepiadaea expertissimi & celeberrimi Practici, quod inde primum ad nos traductus fuerit: Alij verò non ignobiles in eadem arte viri Gallicum & Hispanicum, non absq; causis & rationibus in medium prolatis, nominant. Qui tamen, Tagaultio, Capiuaccio, Dodonæo, Quercet. & Gualth. Bruèle sentientibus, citra alicuius nationis odium seu potius iniuriam, propriè lues vel scabies Veneræ, siue morbus Veneræ appellandus esset, eorq; potissimum ex capite, quod nimia Veneris consuetudine, maxima ex parte contrahatur. Paracelsus part. 2. oper. Chir. c.1. multis, ysq; interdum satis conuenientibus hunc reuelat, decoratq; synonymis, nam modò crimen, modò prodigium, scelus, semen, mulum & Basiliscum vocitat, ut ibi latiùs diuersis adductis rationibus legere est & videre.

2. Hoc morbi genus veteribus planè incognitum fuisse, permulti sunt qui attestantur, primò enim hic in Europa sinibus apud Neapolim anno 1493. 94. & 96. innotuit, ubi Christophoro Columbo, Alphonsi, regis Neapolitani, bellum contra Carolum 8. Gallia regem gerentis, duce, per Hispanos ex S. Dominici India insula, in qua ceu Morbilli & Variola hic locorum grassatur, primò introductum fuit malum, ut referunt: Gart. ab Horto, Manard. & Vittich. d. reb. Ind. Beniuen. c.1. de abditis. Tagault. instit. Chir. lib.1. d. tum, præt. nat. c. 2. Angel. Blond. cap. 2. d. orig. morbi Gall. VVirfung. part. 5. Operis Med. c. 3. p. 619. Andr. d. Cruce cap. 58. Chir. suæ citat annum 1436. VVittich. 39. Fiorau. Cor. Med. c. 24. p. 101. an. 1456. Quamuis sint, qui statuunt & pro rato firmoq; habent, Hippocratis, Galeni & reliquorum & temporibus non

bus non defuisse luem hanc, adductisq; rationibus & testimonijs comprobare attentarunt: nonnulli Mentagra & Elephantiasi millimam putarunt &c. tamen à viris modo dictis, acutissimoq; nostro Arnisæo, Matthiolo, & alijs viris doctissimis, ad amussim refutantur.

3. Originem verò, quod nemo Christianorum ibi inficias, ex abusu concubinarum & obfædos, illicitos atq; à Deo castitatis & munditiæ fonte concubitus vitios, immensamq; scortationem peculiariter traxit. Quapropter Paracelsus, vii Christianus Philosophus, parum aberrare videtur, quòd causam astris, Frisius & alij coniunctioni H & S & retrograd. & ascripserunt, cum Deus ceu intermedys, ad nos puniendos & castigandos, iisdem utatur, crescentibus enim delictis (vz communi proverbio dicitur) crescunt etiam pœna &c. Quem scrupulum, ne præceptoribus observandis omnino contradicere, neq; in eorundem verba planè iurare videar, Theologo-Astronomicis potius eximendum & discutiendum relinquo.

4. Qui ex nimia fame in bello Neapolitano anno 1456. per cotidianum demortuorum carnis usum (si modò dictis fides habenda est) hæc lues orta sit, apud neminem quàm Fiorau. lib. 1. Coron. Med. me legisse memini: quod quidem in obsidione Hierosolymitana, Iosepho & Egesippo testibus, à vidua unicum prolem matante, & ante septennium longè inhumanius & abominabilius Rigga Livoniorum factum legimus; Vbi tamen neq; hoc morbi genus excitatum fuit, neq; grassari cœpit. Quare mentem hac de re meam non aperire visum iam fuit, cum non sit nostri instituti de extraordinarijs & minus ad rem facientibus differere.

5. Io. Andr. d. Cruce in principio cap. 28. Aureæ Chir. fætori iugulorum in clade Neap. à militibus superstibus percepto quidem ascribit &c. sed longè ante hoc belli tempus maiores Laniena in bellis cum Iudaicis tum Ethnicis sunt commisse, quæ tamen nunquam tale malum subsequutū fuit. Tamen si enim Leonh. Fuchf. lib. 2. sect. 1. cap. 1. instit. suarum, admodum memorabile com-

le commemoret exemplum, in Thuringia anno 1438. ob nimiam frumentorum caritatem & inedia[m] accidisse: tamen aer, ex insectorum cadauerum putredine corruptus, nil prater Pestem caussauit, & multa hominum millia illico prostrauit: quod idem Heurnius lib. instit. 7. c. 2. ex Hip. libro de nat. hum. &c. approbare videtur.

6. Physicè verò loquendo, causasq[ue] definiendo, apud nostrates oritur: vel ex immoderato scortorum, immundarumq[ue] & infectarum foeminarum usu, ut etiam paulò ante diximus: vel ex contactu infectorum & gestatione panni seu habitus & lecti purulentia maculatorum: vel ex sudoribus & salina per basia istorum morbo hoc laborantium perceptis, maligno suo spiritu innatum corporis, praesertim Hepatis calorem & viuificam illam Balsami humani radicem afficientes, propriamq[ue] iccoris substantiam contagio suo venenoso corrumpentes & occupantes: Dein ex Brighti post finem Therapeut. sententia, vena caua & arteria magna sanguinem, spiritumq[ue] labefactantes, maximè in illis, qui laxis & rarioribus corporis partibus sunt praediti.

7. Pars itaq[ue] primariò affecta multorum consensu Hepar est, quod reliquas corporis actiones, percepto primùm à morbi impuritate veneno, maximè impedit & alterat. Vnde qualitas venenata, seu contagium lui huic peculiariter proprium meritò dici & defini ri potest, quod substantialem proprietatem Hepatis destruit & corrumpit; sanguinem enim adeo inficit & inquinat, ut vices nutriendi non amplius subire valeat: sed pro nutrimento, quod natura desiderat, sordida ulcera, tophos, nodos, serpigines atq[ue] dolores intolerabiles proferat; Reliquosq[ue] tres corporis humores sua immuditie sic contaminet, ut exinde varia symptomata & morbi profiliant; quo fermè omnia morborum genera, quae à Medicis describuntur, cum isto morbo concurrere credantur.

8. Essentiam, causas antecedentes, primitiuas & adiuuantes (quas tamen breuiter §. 6. attingimus) doctissimus ille Arnisaus fu-

fius à th. 5. ad 7. dilucidauit, quos etiam Pareus, Capiuac. Fracastor. Massaria & Ghinus satis deduxerunt atq; explicarunt: Propterea ad alia progrediemur, & de signis huius morbi varijs paululum, breuiterq; differamus.

9. In quatuor autem gradus vel differentias à Practicis hic morbus diuiditur, in sanguineum videlicet, biliosum, pituitosum & melancholicum, ideo quod cum illis sepius commisceatur.

10. Peccante sanguine, exulcerantur pudenda, inq; penis glande excrescentia harpaginis instar haud raro visuntur, apostemata tam in dextro quàm sinistro inguine rubentia & intumescencia apparent, continua febris, sepius adest, nonnunquam per totum corpus circa collum, frontemq; potissimum, pustula subruffa emergunt, oculi rubent, vena insolito intenduntur, ceteraq; membra torpent. Pulsus concitatus mouetur. Vrina rubedine tincta & spissa apprehenditur.

11. Bile infecta, virulento, inflammato, carioso & Phagedanico ulcere itidem pudenda infestantur, pustula citrino colore, pure fetido, sanie citrina commixta prosiliunt, cum pruritu & dolore pungente. Cuttur Erysipelate tumet, a deoq; palatum erodendo absumit, ut cibus & potus per nares ascendendo refluat. Macie, interdum etiam Phthiriasi, uniuersum corpus inficitur, ut tabidis parum fiant absimiles: Albedo oculorum croceum contrahit colorem, cum febricula tertiana seu Hectica tenorem referrete. Amator & siccitas mira ori inest. Arteria frequenter & dure pulsatur. Vrina ad citrinum vergit.

12. In Pituita (ubi iuxta Paræum, Massam & Arniseum potissimum residentiam habet) pustula per totum corpus emergunt, iunctura & articuli, quos pituita (teste Gal. Aph. 6.) maxime infestat, intolerabili dolore cruciantur, grauius tamen occiput & tibia infestantur, idq; noctu magis quàm interdiu, eò quod nox frigore, humores introrsum pellens, vaporum discussionem impedit, repellitq; versus periostion, in quo dolor; Dies econtra sole, calore, lumi-

neq;

neq; laxat poros, intemperiemq; mitigat. Horror item capiti, ceterisq; membris inest. Cum vero materia salsior accedit, tota inguina, vultusq; tum vola manuum, pedumq; impetigine arripiuntur, saliuâ salsâ apparente. Cum sanguine autem complicata, glandula quadam strumarum instar, circa collum, gulam, subq; alis, inguinibus, pedumq; compagibus emergunt, labia albescunt, sensus obtunduntur, bucca multo sputo infalso, acri tamen abundat, nares mucosæ. Stomachi digestio debilis. Urina albescit & inspissatur. Brachij vena substat.

13. Atra Bili commixta, modo supercilium, modo craneum, nec non brachia, pernasue apostematibus durissimis infestat: imò per totum corpus pustula liuentes, verrucarum speciem referentes, emergunt. Sinistrum tempus noctu malè habet, ut exinde vigilia color Saturninus, inflammatio thoracis, stomachi debilitas, splenisq; dolor, grauitas aut durities, ruetus acidi, crurum varices, tumorq; pedum oriantur. Urina est alba, plumbea, interdum subruffa ad nigrum tendens colorem. Excrementa eijciuntur nigra. Pulsus exilis & tardus.

14. Præterea alia quatuor restant differentia, quibus inquinamentum hoc Venereum cognoscitur: quarum prima omnium est leuissima atq; mitissima, in qua solum capitis, potissimum in occipite & temporibus, itemq; supercilijs & barba pili decidunt. Cuius ratio potius est, quòd vis maligna in tenui tantum vapore consistat & adhuc non in totam Epatis substantiam sit diffusa, ut Capiuac. Platerus, Quercet. & Brightus putant.

15. Secunda species peior est, quâ interdum tota cutis maculis tam rubris quàm flauis non extuberantibus, lentiginum more, conspergitur, modò certis in locis, uti facie, collo, thorace, ventre & præcipuè versus pudenda visuntur. Hæc autem in tenuissimo sanguine contagiosam qualitatem habet, neq; vlla sequi solent symptomata.

16. Tertia adhuc deterior est, ac vera lues, in qua pustula rubra, eleuata, rotunda ac dura, itemq; subflaua indolentes, eaq; sicca
per

per uniuersum corpus, maximè verò in fronte, aurium, uarium, fau-
cium, temporumq; regionibus apparent, nec non in collo, thorace,
mammillis, brachijs ac cæteris partibus interdum etiam occurrunt:
Vlcera item sordida & maligna in ore ac faucibus, naribus & peni
preputio, mulierumq; obscænis oboriuntur partibus, unde uocem
raucam, columellæq; absorptionem acquirunt & ad Veneream exer-
cendam inhabiles redduntur. Huius malignitas Epar ipsum occupa-
t, ac proinde sanguinis humorumq; massa inquinata est, à quibus
mox partes molles atq; carnosæ inficiuntur.

17. Quarta est omnium deterrima & perniciosissima, nempe
solidas partes, ut ossa, vincula, membranas, clauiculas, tendines &
neruos infestat, & sterni dolores huic speciei proprios, excitat: Unde
tophos, nodos, dolores & cruciatus atrocissimos, præsertim noctur-
nos, ita exacerbatos, ut nec Anodynis singularibus sapius mitigari
queant, procreat. Designat verò morbi semina iam altius permeasse
atq; adeo firmas radices subegisse, ut detestandos eiuscemodi fructus
ad perfectam maturitatem produxerit, qui misero laboranti tam
immanes pariunt affectus.

18. Signa adhuc supersunt plura hanc luem reuelantia, ut Bu-
bones in inguine Venerei, statim in initio ipso à Parastatis trans-
euntis & erumpentes ac vicissim euanescentes vel remanentes in-
durantur atq; suppurantur. Condylomata in pudendis mulierum &
in podice tam maribus, quàm fæminis nascuntur. Scissura in mani-
bus & pedibus aliquando etiam superueniunt: Cutisq; crassa in ma-
nuum uola, à subiecta cute interdum etiam abscedens, sine doloris
sensu detrahi potest. Unguium digitorum casum, simulq; pilorum
defluxionem nonnunquam patiuntur. Purulenta materia interdum
tam uiris quàm mulieribus è genitalibus spontè emanat atq; indu-
sium uel linteamina flauo colore maculat, quem effluxum virulenta
& færens seminis effluxio quandoq; præcessit. Quando enim citrini
puris instar ultra tempus materia hæc defluit, non amplius Gonor-
rhæa seu seminis effluxio, sed virulenta tantum materia appellanda
erit,

erit, cum auctoritate Godefredi Steeghij lib. 7. Med. Pract.
c. 9. f. 343. impossibile sit, ut per tot menses & annos interdum, sine
irrecuperabili virium deiectione, semen effluat, quia corpus exinde
ultra modum defatigaretur. Quod idem clariss. ille Lemnius in
occult. nat. mir. lib. 2. c. 23. p. 192. confirmat & euidenter de-
monstrat. Interdum enim si quis urinam crassam, fursurosam, squa-
mosam, foetidam, aut purulentam & sanguineam emitat, vesica ac
renum scabies & exulceratio simul ex Hip. prescripto Aph. sect.
4. Aph. 75. 77. & 81. dignoscenda. Accedit nonnunquam mictio ar-
dens & rubicunda cum conatu magno, urinaeque stillicidio.

19. Dicta quidem haec symptomata saepe etiam circa hanc luem
generantur: & interdum ex nimis longa coitus abstinentia, Mat-
thiolo lib. epist. 5. ep. vltimâ testante, proueniunt (nam ut ex
immoderantia hic morbus & oritur & fouetur, ita etiam ex nimia
continentia symptomata illi non similia, procreantur, (quorum Gal.
6. d. locis aff. cap. 5. aliquot genera recenset & Haliabbas hisce
verbis declarat: si spermatica superfluitas suis aucta in vasis, coitu
non purgetur, nec poterit eum expellere natura, in inguinibus fit
extensio & c.) ac in principio, causâ satis cognitâ, absq; peculiari
cura possunt consumi ysdem ferè remedijs, quae alias in talibus affe-
ctibus ab auctoribus tam veteribus quàm recentioribus sunt pra-
scripta, fuere enim quandoq; ut modo dictum est, Hip. Galen. &
reliquorum temporibus: Facile curantur inquam, si modò non ex ra-
dice morbi huius inueterati accesserunt. Quando enim illico post
coitum secuta est caries, conijciendum, non in corpore haerere luem,
quia non penetravit & ex coitu contracta peni solum adhesit, eumq;
exulcerauit, ut vult Capiuac. d. l. Ven. p. 21. Ex quibus facile li-
quet (cuius etiam eadem lineâ mentionem facit) egrorum hoc in
casu ligni Sancti decocto & peculiari quadam ac strictâ diatâ non
esses ruciandum.

20. Malum hoc quamdiu in fieri essentiam habet, recensq; fue-
rit, vel cum paucis symptomatibus, quae contagij basim in partibus

membranosis atq; solidis nondum collocarunt, ut aliquor tantum
pustulis, exiguisq; doloribus ac vagis appareat & corpus sit iuvenile
ac bona temporis constitutio, medelam facile admittit & sudorificis
facilius dissolui atq; exturbari potest. At contra inueteratum, mul-
torumq; malignorum symptomatum ferax, ut sunt capitis dolor si-
xus, nodi & caries ossium, ulcera Cacoëthia, in corpore valde ema-
ciato, debili cen hectico, aut raro, aut nunquam absq; peculiaribus
Alexipharmacis depellitur. Pareus d. lue Ven. cap. 5. Fracast. d.
contag. morb. curat. lib. 3. c. 10. p. 257. Gualth. Bruël d. cura
luis, Arnifæus d. lue Ven. th. 29. Pulsus in lue inueterata depre-
benditur paruus, tardior, rarus, languidus. Struth. lib. 4. c. 17.
Zvving. Physiol. Med. p. 802.

21. Iuuenes, qui raro sunt corporis habitu, magis patent huic
morbo, quam quibus contraria est complexio & quorum vigor, ex-
actaq; Nectaris vitæ, vel Balsami radicalis puritas, vi expultricis
præstat, ut nequaquam vel raro inficiantur, & si fortè veneno illo
occulto ac noxio laduntur, mox per Bubones eijciunt Venereos, quos
natura & insitus ille vigor Herculeus protrudit, arti q; viam & me-
dum ostendit, quo iuuari ac liberari cupiat.

22. Senes verò & compactum, frigidumq; corpus habentes, non
ita facile ac iuniores modò dicti hac lue contaminantur; sed quò
agrius corripuntur, eò difficilius infecti curantur, nam in crudis
humoribus fixior hæret morbus, quia ex peiori causa originem tra-
xit & facultas expultricis imbecillior, quam in cæteris existit.

23. Contagiosum hoc malum omnino est & solo quandoq; conta-
ctu, ut supra diximus excitatur, cui tamen scemina virtus sunt op-
portuniores, cum his pituita magis, quam sanguis redundet, cuius
rei admodum notabile exemplum allegat Guil. Fabr. cent. 1. ob-
seru. 100. & ultimâ. Contingit etiam egrotum frequentibus vigi-
lijs, continuis erumnis, febrîq; tandem molesta opprimi atq; perire.
A parentibus etiam ad liberos, à liberis quandoq; ad nutrices & vi-
ce versâ traducitur. Vbi quoq; Hepar immodicè lasum fuerit, se-
pissimè

piſſimè Phthiſim, Hydropem & Aſthma, aliòſq; morbos difficul-
ter curabiles afferre ſolet.

24. Reſtat nunc ut de curandi ratione agamus. Indicationes
autem Curatiua præcipuè ſumuntur ab ipſa lue Venerea, ab eius
cauſſa & agri viribus. Itaq; primùm morbi huius differentia, ſpe-
cies atq; veneni qualitas perpendenda, utrum incipiant pullulare,
an verò altius radices infixerint: tum temperamentum atq; natura
cum ſymptomatibus agri: deinde tempus atq; methodus, quam ſequi
debeamus in remediorum adminiſtratione. Quapropter omnium
luis ſpecierum vna, eademq; curandi ratio non eſt. Attamen per Ge-
neralem & Specialem Dogmaticorum more perficitur.

25. Generalis curationis, qua lue, omnibusq; illius inde natis
vitijs ſimul accommodatur, ſcopus in eo conſiſtit, ut cauſam huius
luis, venenum ſcilicet ipſum, per contagium corpori illatum, rursus
ex eo educamus & morbum inde genitum, qualitatem nimirum,
ſeu intemperiem illam noxiam cutaneis & membranosis partibus
impreſſam, vitiag; hæc in illis producentem, emendemus. Specialis
eſt, qua vitijs illius & ſymptomatibus ſeparatim accommodatur.

26. Illud autem tribus hiſce remediorum materijs, Diæticâ
nimirum, Pharmaceuticâ & Chirurgicâ, perficitur: de quibus
à Græcis ſecundùm Celfum, ex Dioclis, Chariſtij, Praxagora, Hero-
phili, Chryſippiq; ſententia, rectè dicitur, ut ſint: qua victu, qua
medicamentis, quaq; manu medeantur. Diætica tamen Medici-
na, Scholzio Aph. Med. ſect. 6. aph. 2. annuente, utriſq; Phar-
maceuticâ videlicet & Chirurgicâ præſtantior.

27. Diæta, dum curâ decocti lignorum & radicum utimur, ad-
modum exquisita, gradusq; ciborum εὐχήμεν eſſe debet, non qui-
dem ut hæc per ſe ſola curandi ſcopum implere valeat, ſed, ut eò con-
uenientiùs & citiùs cura, pharmacis rectè adhibitis, perfici queat.

28. Aër igitur, in quo verſatur ager, ut ſudores eò copioſiùs e-
uocentur, ſit calidus, fornace vel foco calefactus, in conclauè vel hy-
pocausto, in quo toto curationis tempore, bene ab aère externo mu-
nito

nito & occluso, se continere, ibiq; dormire & sudare possit, nec libero aëri, nisi ille anni temporis ratione calidus sit & tunc solum circa meridiem se exponere debet: Frigidus enim aër medicamentorum operationem plus aequò impedit.

29. Forma victus, sit parca admodum & tantum ea quantitate, qua viribus, ne penitus collabantur, sufficiat, quag; simplex nec varia sit: nam quò simplicior victus ratio, secundum Scholzium Aph. Med. sect. 6. Aph. 54. eò natura conuenientior: Itaq; sic instituat, ut quog; per hanc inediam, aliqua etiam fiat humorum, excrementorumq; absumtio, minorq; tum ob eam, tum cibum illum exquisitum, illorum prouentus: Vnde cura, qua per sudores corpus exhaurit, melius procedit, minusq; natura in illis promouendis, quàm si ciborum copia grauaretur & ad concoctionem illorum diutius reuocaretur, impeditur. Quam ob causam hac in cura eiusmodi cibandi ratio sedulo ac strictè obseruatur, sicq; instituitur, ut in die solum bis agrotus comedat & quidem citra satietatem. Victus enim rationem optimam esse Medicinã, etiam Diuinus ille Cou, Medicorum Coryphæus, verissimè pronunciat.

30. Caro Gallinarum, præcipuè pullorum, plerumq; in usu est, huic accedunt carnes auium pullorum, columbarum, perdicum: quorum loco, idq; alternatim etiam hadina, veruecina & vitulina tam elixa quàm asse sumuntur. Oua item sorbilia vel vitella eorundem sepius à quibusdam carniū loco substituuntur, ita tamen ne pondus ciborum ultra ℥ij, excepto pane, transeat. Paris pro consuetudine loci iuxta Masariam & quotidianam experientiam interdum sumitur, cum non omnes isto morbo laborantes, ex Crumena inedia, tam strictè, nec lautè & basilicè viuere possint: & raro tam Capiuaccius, si hîc locorum Medicinam faceret 18000. Coronatorum, quos ex hoc solo morbo lucratum fuisse de semetipso p. 10. d. lue Ven. predicat, pro thesauro seponeret: Neg; tam necessariò tenuis victus ratio, quàm ante annos aliquot, morbo difficiliore existente (ut Stegghius commemorat) nunc requiratur: quod tamen
de

de incontinentioribus non dictum putamus, cum paullo post eodem Stegghio f. 347. Med. Pract. referente & Rein. Solenandro Confil. Sect. I. f. 100. approbante, sine accurata victus ratione hic morbus curari nequeat, praesertim, quando radices altiores egerit, ut idem Steeghio dicto lib. f. 345. sentit. Delicatis vero porrigitur, tam siliginus modice fermentatus, quam biscoctus & triticeus probe coctus, cuius pondo ℥iij. ne excedat: sed obseruetur hic circumspicere corporis constitutio, ita ut siccioribus largior concedatur cibus, quam Phlegmaticis: Fames enim iuxta Gal. Aph. 6. exiccat corpora, ideoque carnes habentibus humiditas adhibenda. Administratis tamen Spagyricis Medicamentis (blaterent quid velint Misochymici) non adeo anxie preparca, sed aliquantò plenior praescribenda est viuendi ratio, idque consensu & autoritate omnium Chymicorum, Guidonis Magni, Phædronis, Valentini, Crollij & aliorum, praesertim Parac. volum. 7. p. 233. & passim Oper. Chir.

31. Condimenta à quibusdam prohibentur salsa, eam potissimum ob causam, quod salis proprietates sitim intolerabilem excitet, quae aliàs ex sudoribus prouocatur, magisque calidos & inquietos laborantes reddat: sed hi econtra ab aly non immeritò refutantur, dicentes: Sal decenter sumptum, esse Balsamum naturae optimum, eiusque nutrimentum, quod etiam Lauaterus in defenf. cont. Sallam p. 57. non respuit: & experientia quandoque comperimus, ex ferculis & pane insalsis peculiaria accidisse symptomata, graeolentiam videlicet oris, quae aliàs huic morbo vulgaris & gingiuarum stomacacis instar putredinem &c. Aromatum tamen usus, Cinnamonomom excepto, praesertim in calidissimis, improbat. Ex fructibus pro secunda mensa pauci, ique parum exiccati, non excrementitij & non admodum implentes & grauantes, ut sunt passulae, pruna, ficus, Amygdalae &c. ique magis vesperi pro Cæna, quam à prandio, usurpari possunt. Acidis vero tantum ad recreationem non ad exactam refrigerationem raro uti conceditur. Conserua etiam & condita, postea enarranda, exhibeantur.

32. Potus satis liber hac in diæta, tam intra, quàm extra cibandi tempus, nisi aliud quid obftet, cum hic citra grauamen satis reficiat, sudoribusq; prabeat vehiculum, concedendus erit, idq; maxime, si ex rasura vel scobe Guaiaci semel decocta cum debita aqua fontana vel minima vini Oligophori portione preparatus fuerit. Vinum attamen, præsertim Hungaricum vel Hispanicum &c. puro Rhenano & Francico excepto, minimè haustam licebit, cum caliditate sua nimis Sulphurea corpus accendat, caputq; ac nernos Tarraro suo feriat; Vinum enim temperamento calidum (vt Gal. in Aph. Hip. sect. 5. Aph. 5. commentans, perhibet) facile nervos solet replere &c. Quapropter Rhenanum, non, nisi refectionis gratia, imbecillioribus tantum, maxime pituitosis, permittitur, Lauat. citata defens. p. 57. & 58. Fracast. vinum tenue & album cum aqua mulsa præcipit; quò verò aqua mulsa fuerit dilutior, eò efficacior em euocandi sputi vim obtinebit atq; pulmonem leniorem reddet, vt Hip. lib. 3. d. victus rat. in morb. acut. loquitur. Matthiolo, itemq; Bauh. sup. Diosc. lib. 1. c. 113. commentantes & idem Matth. in Dial. d. lue Ven. ac Müll. Mir. Chym. p. 180. Guaiacinum placet. Tabernæmontano Schoenanthites, Capnites, vinum Cariophyllatae & Angelicae optimè commendantur. Quorum exempla & conficiendi modi tum apud citatos, tum apud Quercet. Pharm. Dogm. rest. lib. 1. c. 9. p. 56. inq; singulari tract. d. Dogm. Pharm. recta præp. c. 8. p. 199. & VVeck. Anrid. Spec. sect. 6. p. 515. & 526. atq; Bauhin. d. comp. Med. cap. 24. &c. extant. De vini simplicis qualitate & natura Hip. lib. 3. d. victus rat. atq; Fracast. Oper. sui parte 1. d. vini temper. c. 3. &c. Fuchf. instit. lib. 2. c. 11. de vinorum verò Medicatorum recta administratione admodum eruditè Gabelch. cent. 1. obs. & cur. 6. &c. differuit. Decocta item sem. & rad. Causalid. Cæref. rad. Scab. Gariophyll. & Tormentill. sem. Ammi cum parua quantitate Sacchari, passul. & liquiritiæ, ad suauiorem saporem conciliandum, commixta, à Tabernæmont. præ

praeter ceteris laudantur, cum inter has rad. quaedam reperiantur, magis nostro climati & corporibus, quam china & farsaparilla, convenientes. Quod praefatus excellentiss. ille Med. & Botanicus, cum Carrichtero, Trago, Hier. Brunfu. Ryfio, Dryandro, Qu. Apoll. Croll. ipsoque Matthiolo & Bauh. super Diosc. commentantibus, abunde satis attestatur.

33. Quantum porro ad repletionem & inanitionem attinet, laborandum erit, ne agrotantes cibis ultra vires (ut supra diximus) repleantur, nec excrementa naturalia praeter modum retineantur, sed opportuno tempore expellantur. Quare si aluus est astricta (constipatur enim ex hoc ieiunio facile) subducatur leni Enemate, ex Vrticæ, Maluæ, Althææ, fumar. lupulor. Chamomill. Mercurialis & Buglossæ decoctionibus; aut Apežema fiat ex decocto Senæ, Polypod. Rheub. Elleb. nigro, Myrab. fem. Anifi & foenic. &c. in quo Manna, extr. Cassiæ vel. Rheub. seu aliud quoddam Elect. genus, ut El. Elefscopi, Bened. laxat. Triph. Perf. Hieræ Pachij atq; Scribonij, Indi Mai. & min. Conf. Hamech, d. Pfyll. vel Diaprun. laxat. dissolutum sit. Lotium si subsistat, hisce lenientibus & leuiter soluentibus vri licebit: Melonum, Fænic. & Anifi feminib. Adiantho, cap. Veneris, rapis, vel alijs diureticis. Sudoribus non recte respondentibus, Diaphoreticis è Card. ben. eiusq; extracto, Sale, & Absynthij. Aq. Theriac. fl. sulph. Croll. p. 234. Antim. Diaphor. (quod è Spagyricis Med. πολυχησον & Crollio eius sola preparandi cognitio 200. constitit Thaleris) utendum erit. Phlebotomia tantum in recenti malo, concurrentibus magnis doloribus & potissimum corporibus Plethoricis ac ευσυμφοις, non macilentis vel frigidioribus & pituitosis, nisi inflammatio sanguinis adsit, vel consuetudo exigat, eaq; vix plurimum in Basil. & Iecoraria dextri brachij, vel quod rectius, Medianâ, & necessitate urgente, praesertim apud fœminas, etiam in pedibus.

34. Exercitia deambulando in hypocausto vel conclavi subeant:

Friclio-

Frictionibus post sudores, quando ab istis abstergantur debita ratione utantur: Caput similiter peccinent, pannisq; fricent, ut cruditates eo melius per poros Cranij & partium membranarum penetrare possint.

35. *Somnus non tantum noctu, verum etiam interdum, mane & ante cenam egrotantibus conuenit, dolores enim, qui alias uehementissimi esse solent, inde mitigantur.*

36. *Animi perturbationes cane peius & angue fugiant, eundemq; potius suauis conuersatione, lusu & Musica, tum vocali tum instrumentali, quoad fieri poterit, recreent: à Venere autem in uniuersum, curâ durante, abstineant, ne malum malo augeatur, de quibus plura in Querc. Diætet. Polyhist. c.1. à p.4. ad 10. vsq;.*

37. *His exquisitè cognitis, necessum erit, ut reliquus curandi scopus rectè administretur. Perficiatur uero primum humorum peccantium per debita Cathartica euacuatione (qua secundum Anatomæ rationem uerè directâ sint, utpote quæ doceat, purgantis medicamenti in ventriculum assumpti vim per intestina & uenas Mesaraicas ad Epatis portam, ab hac ad Iecur, ab illo rursus ad concauam uenam, ab ea mox rursus ad iugulares & ab illis ad cerebrum distribui, ac subinde per eandem uiam attractos humores à cerebro ad ventriculum & intestina descendere; uasa enim distributionis & attractionis (ut Gal. lib. 3. d. nat. fac. testis est) sunt distincta: tum postea hydroticis, ut ligni sancti, peculiâ proprietate morbo resistentis, decoctione: & optimâ Mineralium præparatione, quibus uenenum expellatur, ac morbus Hepati inde impressus atq; ad reliquas partes cum humoribus deprauatis transmissus, extinguatur, deniq; ut symptomata exactâ methodo, post uel ante ueneni extinctionem, sanentur. Presentibus enim Dysenteria, Marahmo & extremis doloribus, prius his, quam ordinariâ curationi, peculiaribus remedijs succurrendum & consulendum erit, siquidem in istis morbis, tam immaniter grassantibus & non satis maturè sopitis, mors ipsa est timenda.*

38. Itaq; ante omnia corpus probè purgetur, vel pilulis Aggregat. d. Hermodact. s. generib. Myrab. Rheub. fumar. Agar. Colloquinth. vel Cochys, fœtid. sinè quibus, Aureis, Asaiereth, earundemue & Elleb. extractionib. pro minore dosi, vel elect. in Diatetica th. 33. enumeratis: siue Turpeto minerali verè Spagyrico, & minime Alkumistico, fucato, & à nebulonibus istis perperam parato, nec Seplasiariorum quorundam corrosiuo & vix precipitato & c. fl. Antim. albis & rub. Merc. & Auro vita, Arcano Corallino Parac. & Crolliano, Croco Metallorum, spiritu Tart. cum Turp. Min. commixto, sale & gummi Guaiacino descript. Parac. & Quercet. Gussa Gammai & alijs secretioribus. Exhibitis tamen prius, si natura laborantis exigit, preparantibus, ex Syr. è Stach. Lupulo, Fumar. Polypod. Buglossâ, de Epithymo vel Guaiaco, à Fiorau. Physic. lib. 2. c. 8. vel eius laxativo & Magistrali Coron. Med. lib. 2. c. 12. & 13. descripto, siue speciatim, siue cum aquis appropriatis, vt Scab. fumar. Caref. & c. ritè commixtis. Quibus autem modis ac rationibus id ipsum iuxta complexionem fieri debeat, ex optimis Practicis plurimum hæc de lue tractantibus, inter quos Matthiol. non postremum locum obtinet, & ex Capiu. in Acroasib. d. lue ven. à p. 34. ad 37. vsq; & Methodo eius Medendi & c. petendum est. Purgantibus tamen subinde permutatis, ex Gal. præscripto lib. 5. d. sanit. tuenda & Iacobo Syluio d. Med. comp. rat. lib. 2. p. 423. vicissim vtendum erit, ne assuesactione sumentis natura eorundem vim contemnat; cum venter alijs magis alijs, minus hisce medicamentis sit obediens, vt de eadem materia Tagaut. in Mesuei Canones commentans lib. 1. p. 14. 15. & c. restatur.

39. Purgatione sic finitâ confortantibus opus erit, qua etiam curâ durante sæpe requiruntur, quibus corpora, non tantum per reiteratam euacuationem, verum etiam per continuos sudores paululum debilitata, reficiantur: inter quæ primum locum sibi vendicant: Essentia Margarit. & Corall. eorundem resolutiones & Magisteria, tinct. & essent. Cornu Ceruini rubicundiss. Cornu ceru. iustè

tempore collect. & vstum, Lap. Bezoar, Ol. Panis Bergeri & Tornesi
rubicundis. Extractum Sassafras, Guaiaci & Sarsaparille, Mithrid.
El. larif. Gal. Ther. recens, Ligni Sancti extr. & Sal Spagyricum in
Conseru. Buglosse & Rorism. in Elect. forma commixtum; quibus suc-
cedunt: Diarrion Santal. Diamarg. frig. Diarrh. Abbatis, Panisq.
Martius, & his consinia: Cort. Citri & Myrab. condita, rad. Cichor.
ac Emula camp. condita: Conserua itemq. Anthos, Tunica, Maior.
Borrag. Bugl. Stach. rosar. fl. Salu. viol. Calend. earumq. essentia,
cum Opiata Quercet. in consil. d. lue ven. conscripta.

40. Preparatione & euacuatione sic institutus & peractis de-
coctum ligni (cuius genera & facultates Diosc. Matthiol. & Bau-
hin. in eundem commentantes, Claudinus, Fernel, Vidius,
Capiuac. & Ruderius recensuerunt) interdum per se, interdum
cum alijs exoticis & conuenientibus compositum propinamus, idq.
mane & vespere, pro etate, viribus, regione & anni tempore. Eius
enim simplici decocto, V Wolfgang. Dienheim. cap. 17. Med.
Vniu. & Henr. Lauatero in defens. aduersus Salamp. 53. at-
testantibus, mador Epatis crimosus omnis ocyus emendatur.

41. Paratur autem decoctum ex ligni buxei seu candicantis
coloris & ponderosi (vel secundum Holler. lib. 3. instit. Chir.
ex grauis, densi, unguinosi & ad lucernam pingue quia resudantis,
ac odore Sternutamentum commouentis) recenter tornati vel rasi
lib. 1. cort. eiusdem ℥iiij. Aqua limpida lib. Xij. qua olla vitreata,
operculo, unico tantum in medio foramine prædito, sedulo cooperta
& perlutata, vel vasi circulatorio, alembico caco obdueto, indan-
tur, & per 24. horas macerentur: Postea ad ignem carbonum len-
tum vel Balnei vaporosi luculentissimum, sensim rantisper, dum ter-
tia vel 4. pars expirauerit, decoquatur. Delicatis & adolescentu-
lis à Fracastorio destillatum è Guaiaci decocto præscribitur.

42. Cuius purissima atq. à suo Sulphure Balsamico & acida-
te vitriolata impregnata (vt in pharm. Dogm. rest. Quercet.
loquitur) decoctionis, ad 4. 6. vel 7. hebdomadas, idq. indies pri-
ma

in luce, dum ieiuni sunt & adhuc in lecto recumbunt ℥vj. vel 8.
calidè propinantur. Aqua verò Fracast. in fine curat. Syphillidis
descripta, puero ab ℥ij ad 4. singulis diebus bibenda datur. Post-
quam autem ebiberunt, bene tecti ad sudorem se in lecto componant,
ut plus solito sudent, cumq̄ erupit, tamdiu eum, quamdiu ferre pos-
sint, patiantur, illiq̄ ad horas duas vel ultra morem gerant; Ac
proinde ab isto diligenter pannis calefactis abstergantur, tunc recol-
lectis viribus è lecto surgant & in hypocausto per tres horas (quibus
finitis prandeant) commorentur. In robustioribus, ut eò citius cura
absoluatur, tribus vel 4. ante cœnam horis, sub vesperam repetitur,
ut in Platero praxeos suæ tr. 3. c. 4. p. 457. Quercet. Pharm.
Dogm. rest. lib. 1. c. 8. p. 53. & Conf. d. lue ven. p. 357. ac
Helidæo Padoano in cur. & consil. placet, inq; Cardano,
Alph. Ferro. VVeck. in Antid. spec. lib. 2. à p. 539. vsq; 542.
& alijs nostratib. Med. videre est. Quandoq̄ lignum vino de-
coquitur & administratur felicissimo cum successu, præsertim in na-
turis frigidioribus, aliquando etiam iuxta Steeghium fol. 345.
decoctum haustulo vini Oligophori inter prandendum immiscetur
& propinatur, quod etiam Massaria lib. 6. Pract. p. 896. & Fra-
cast. lib. 3. de cont. morb. cur. cap. 10. pag. 265. & 267. non
reprobare videntur.

43. In Sanguineis & biliosis corporibus, decoctum hoc sudato-
rium cum aquis stillatitjs, ut Lapat. Laet. End. Cichor. & c. prapa-
rari potest, addendo vuas passas, rad. China & Sarsaparill. quò fer-
rior ligni contemperetur. Vbi verò ceteri humores peccant, vel re-
gio & anni tempus additamenta exigunt, alia valentiora, apud
authores passim obuia, admiscenda sunt. Pituitam verò crassam
attenuantes, viscidam incidentes, frigidam excalescentes sunt:
Chamedrys, Rosmar. Stach. Sampsuch. Salu. Calamus & alia in Syl-
uij methodo d. comp. med. item VVeck. Pract. gen. eiusq; Antidor.
Spec. & Thesauro Pharmaceut. Svenckfeldiano, citata: quorum
confecti Syrupi & Guaiacinus Fiorau. nec non Massariæ, si deco-

Et misceantur simul ipsi gratum conciliant saporem, præcipuè autem hoc in casu vis ligni acuitur, proprio & ligni Sassafras, baccarumq; Iuniperi extractis & salibus, quibus Quercet. Pharm. Dogm. rest. c. 25. p. 223. etiam inueteratam sanauit luem, vel aq. Theriacali Parac. Spiritu Tart. Crolliano, & alijs sudoriferis competentibus. Turnh. lib. 1. Hist. plant. c. 9. p. 35. Sal Thapsiæ &c. 26. pag. 103. sal caucalidis commendat.

44. Melancholicis addantur passule, fl. cord. Capill. ven. Scab. Meliss. fumar. que, cum lignum (Matthiolo & Arnisæo testib.) biliosus & Melancholicis non omnino competat, eiusdem vim humectando obviunt, de quibus etiam Reusner. exercit. de Scorb. Greg. Horst. in tract. de affectu eodem & Decade exercit. Pharmaceut. exercit. 6. p. 96. Capiu. à p. 34. ad 58. consulantur.

45. Qui decocto laxantia & purgantia admiscens, inter quos Matthiol. cum aq. sua Philosophica ex Aloë, succo Intybi, rad. cent. Mai. Rheub. & Rhapont. confecta, Quercet. Brassauola & alij reperiuntur, ab Arnisæo Phil. acutissimo th. 42. & Capiu. p. 47. Fuchf. inst. lib. 2. Sect. 5. cap. 17. refutantur, cum contra Dogmaticorum methodum peccent & non vno eodemq; momento natura conducatur, sudores & purgationes perperi, ne simul eodemq; tempore diuersis moribus affligatur, vt Gal. 2. Aph. 16. apertissimè docet. Exigente tamen naturâ, quod sepius contingit, euacuationes alternatim, curatione perdurante, potione interim sepositâ, maximo cum emolumento adhiberi possunt, vt latius à Capiu. p. 36. & Massaria p. 901. deducitur, quod Medicis istis, ex vario hominum genere in Medicina campum amplissimum illotis manibus irrumpentibus (quorum Paracelsus in diuersis tom. præsertim Labyrintho Med. Fiorau. d. Med. sectis. Döring. de Medicina & Med. Hoffmannus de vero vsu & fero abusu Med. mentionem faciunt) optimè notandum occurrit. Et quamuis idem per Arcanorum Chymicorum, Antimonij, Mercur. Tartzari, Sulphuris

ris & Vitrioli administrationem, non raro contingat quòd sudor si-
mul cum euacuatione & supernè & infernè creatur, tamen hæ opera-
tiones secretâ suâ à Deo insitâ proprietate plus agrotantibus condu-
cunt quàm ut curam impediunt. ut Arnisæus th. 42. & omnes
in uniuersum & singuli D.D. Chymici hinc inde attestantur; expe-
rimentum enim teste Duncano Lid. disp. Therap. 3. th. 31. sæpe
demonstrat, cuius nulla ratio reddi potest, quantum tamen fieri que-
at, ratio cum experientia coniungenda est. Lemnius lib. 4. de
occult. nat. mir. cap. 9. p. 393. & Greg. Horst. exercit.
pharm. exerc. 6. th. 9. 10. & 20.

46. Exoticorum locum, ut Guaiáci, sassafras, rad. China, &
Sarsapar. (de quorum essentia & temperamentis Capiu. satis dilu-
cidè cum pluribus alijs scripsit, idcirco pluribus de iisdem in presen-
tia tractare supersedemus) suppleunt etiam lignum quercinum re-
cens, Iuniperinum oleaginosum, Buxi, Sabina, Thereb. Pini & Fra-
xini: Item rad. Carlina (de quarum natura & usu Stanislaus Ni-
ger Med. D. eruditum Carmen Posnania anno 1577. excusum con-
scripsit) Smilacis aspera, Apios, Cariophyllata, Torment. Zedoar.
Iridis, Angelica, Caucaled. Succisa, Pimp. Leuist. Helenij, Bugloss,
Sisari &c. & ex herbis: Scab. fumar. Veron. grat. Dei, Centaur.
Matic. & Absynth. quorum decocta, syrupos, conseruas, essentias,
extracta & salia partim Matthiolus & Bauhinus super Diosc.
ambo doctissimè commentantes, partim Tabernamonta-
nus in opere suo Botanico optimè commendant. Scaligero & Pla-
tero Iuniperus, Camerario Flos Trinit. Lobelio & Amato Lu-
fitano Buxus, Clusio & Phædrone Hippoglossum, Carrichtero
rad. Ebuli & Scrophularia probantur; Fracastorius lib. 3. de
cont. morb. cur. pag. 267. Calamum aromat. Scordium & Gen-
tianam, radiceq; Cannarum & Bardana commendat, in Sybillidis
lib. 2. p. 636. Chamadryn & Cupressum laudat, ex quibus omnibus
tam decocta & syrupi quàm olea, gummata, extracta & salia prepa-
rari possunt, ut th. 32. meminimus.

47. Enumeratis iam vulgariter vsitatis, ac è vegetabilibus petitis, dicendum aliquid superest de alexipharmacis maioribus ex metallis & mineralibus, Sole, Antimonio, Mercurio, sulphure, Tartaro, Vitriolo & Sale confectis, quæ omni tempore & ætate ab Hermetis illius Trismegisti vsq; ad hoc seculum, Deo clementer aspirante, citissimum & certissimum in desperatis etiam quandoq; morbis præstitere auxilium, si modò verè Spagyrico more preparata fuerint. Cum autem omnes ferè ex Neotericis Dogmatici post absolutam ligni adhibitionem Mercurij inunctiones varias descripserint & suis aegrotantibus serue, quaterue adhibuerint, prius de Mercurio, seu argento, ut vocant, viuo inchoandum erit. Cuius usum topicum (saluo tamen præceptorum iudicio) quouis etiam modo vulgariter paratus & vel saliuâ, axungia, lardo vel citri succo extinctus sit (quamuis me non fugiat ab Italis ad expellendos lumbricos &c. crudum, etiam infantibus & adultioribus pro colica & dysenteria turpiter usurpari &c. ut apud Fiorau. Lemnium, Ioseph. de Scientia, Bapt. Portam & Penotum videre est) ego Medicorum minimus, autoritate & experientia Chymicorum fretus, nullo modo probare possum, ob grauissima & detestanda symptomata, quæ sæpè numero adfert, cuiusmodi sunt: Tremor, Epilepsia, Præcontract. Dispnea, capitis & articularum ineffabiles cruciatus &c. quorum Diosc. Alex. Traianus. Fernel. Garnerus, Capiuac. Lemnius, Quercet. Penotus, Carrichterus, Schenkkius. ipseq; Paracelsus & alij diuersis in libris & consil. multa commemorant.

48. Illud quidem facile concedo, istius inunctione, oculotenus sufficienter. Luem hanc posse curari, quod etiam aliquoties apud Prædicos tum Medicos, tum ex tonsorum & anicularum secta oriundos Medicastros & Chirurgos videre licuit, sed comparatis econtra noxumentis, quæ interdum citò, interdum serò, etiam post annos aliquos &c. ab istius usu proueniunt, plus prauitatis & noxæ, quam commodi agrosi assulisse videtur, cum postea exinde diutius & grauius,

uius, ac ante hydrargyri usum factum fuisse, torqueantur. Itaque
sine maximo agrotorum dispendio isto uti non licet, utatur eo cui lu-
ber. Qui enim decoctis supra allegatis & alijs suavioribus inunctio-
nibus, quas paulo post enarrabimus, restitui nequeunt, eos ad secre-
ta Chymica, quibus etiam desperati & ceu semimortui ad sanitatem,
ὄν θεῶν, reduci poterunt, modo Deus Archiater ille supremus tam ab
agro quam à Medico fideliter inuocatus, remedijs annuerit & tem-
pus vniuersae vitae non praefixerit. Medicamentis enim Chymicis
rectè preparatis & tempore apto ac debito exhibitis (ut doctiss. ille
Med. Duncanus Burnet. in fine diss. Doctoralis ex edicto Chymi-
corum pronunciat, cui omnes neoterici assentiunt) aequè citò, tutò &
incundè ac vulgaribus & usitatis morbi curari possunt.

49. In eius locum verò extrinsecum collocemus: unguentum
sudorif. ex Myrrha, mastiche, thure, rad. enul. camp. vng. ca-
ball. Theriaca, Mithrid. Bdellio, Galb. gum. Ammoniaco, Styrace li-
quida, unguento Martiato, pingu. serp. & porci, st. Sulph. Ol. sulph.
& Mercur. Laurino, Iuniperino, Spica, Thereb. Lilior. Camomil.
Euphorb. & Amygdal. &c. quorum formulam unicam Plater. tr. 3.
p. 487. cap. 4. posuit; Tabernæmont. verò & Carricht. plures
reuelarunt. Parac. tomo 7. p. 233. gummi ex Guaiáco ad illinen-
dum conficit, de quo etiam Quercet. in fine Ph. Dogm. rest. ali-
quid in medium affert. Mart. Ruland. suis in Centurijs commen-
dat ol. Sulph. quod etiam Phædro, Fiorau. Physic. p. 299. Pe-
notus, Thurnheuf. & Crollius approbant. Aqua item & spiri-
tus Merc. dulcis &c. tam à Parac. & Rulando, quam Guidone
Magno, ac Phædrone (de quo Homericū illud Iliad. γ. πᾶν ὄν μῦθον,
ἀλλὰ μάλα λυγρὸν, verè dici conuenit, omnia enim breuiter & suc-
cinctè pertractat) & ab alijs Chymicis felicissimo cum successu ap-
plicata sunt. Unguent. item Azararij tr. 31. cap. Praxeos ad delen-
dum Albaras vel Aluesah sob. 138. descriptum, minus noceret; quia
vitium hoc etiam ex accessu mulieris Menstruatae & ex sanguine
parentum generatur.

30. *Inunctionibus succedunt suffumigia, quae quidem similiter Merc. crudum, Cinnabarim & Auripigmentum sapiunt, & periculosa afferunt accidentia, quando nimirum per nares ad cerebrum exhalant, ut referunt Fernel. Dariotus, Chalmeteus, Andernacus, Arnifæus th. 52. Bauhin. d. comp. Med. c. 58. VVeck. Antid. spec. lib. 2. p. 1134. Tamen si in laconico vel semicupio ad hunc curandi modum parato (ut pro Podagricis fouendis quandoq; in usu est) indies semel tantum, vel aegroti debiliore existente, alternis diebus rectè suffitus administrantur, non equè noxius hic fumus erit, ac crudi hydrargyri inunctio esse solet: praesertim, cum Cinnab. Merc. vel Sulph. & Auripig. gummatib. odoratis, ut Thure, mastiche, Benzoino, Storace calamita, Anima, Ladano, Agallocho & Sant. albo odorif. Cariophyll. nucæ Muscata, squinantib. spica & st. ros. odorif. misceantur, aut infusione Tragacanthi cum aq. vel spiritu rosar. in trochisc. vel pastillorum formâ formantur, vel resinâ excipiantur, cuius modum Plater. tr. 3. p. 403. & 94. Holler. d. comp. Med. lib. 5. Bauh. d. Med. comp. cap. 58. p. 280. & c. delinearunt: Si modò id solùm obseruetur ut in folio vel labro oblongo fiat, quod superius foramine praeeditum sit, per quod fumigandus caput, pannis calidis obtectum, & sic iuxta Holler. in lib. 5. Gal. x. & Joannes pag. 82. oculis, ore & naribus probè munitis, erigere ac sustinere possit, ne minimum quid per nares excipiat. De Emplastris, Cerotis & Sparadrapi. plures D.D. plura scripserunt, quapropter iam eorundem modum praetereamus & ad meliora transeamus.*

51. *Alexipharmaca praeter ceteris, ad hunc morbum expellendum, Deus in Mercurio posuit optima; sed sedulo, accurato & indefesso studio, Vulcani beneficio, Spagyricè, non Seplastiasticè ex eo (qui per ignem suppositum in auram subleuatus, aureum sui vestigium, in lamina argentea relinquit) eliciuntur. Preparatur enim ex eo & puro Cinnabari (cuius ruffa minera, in spiritu quodam extincta, est Amvvaldini, ut quidam volunt, Panacæa) puluis citrinus & albus, vel cum Spiritu Vitrioli, Ol. Sulph. per Campanam parato, aut Aceto*

Acetoradicato stillaratio interdum etiam, sed minus commodè Aquâ
forti communi ex salenitro & Vitriolo, &c. Cuius preparandi modû
Parac. in 2. parte Chir. maioris lib. 8. tr. 1. p. 199. virtutes verò reli-
quas in 4. 5. & 6. tomis. Penotus in suo vade mec. Fel. VVirtzius
Pract. Chir. Croll. in Bas. Chym. p. 124. Müller. in Mirac. suis Chy-
micis cap. 1. p. 54. Phædro in Furno Chym. p. 105. Quercet. consil. d.
lue ven. p. 375. in q̄ Tetrade cap. 33. p. 463. &c. atq; in sclopetar. p. 165.
posuerunt. Quo puluere à gr. 5. ad 8. &c. in confer. ros. Elect. Conci-
liat. vel Theriaca, resol. Hiacynth. & Margar. vel speciebus Diamu-
sci &c. commixtis, exhibito, mira effecerunt & adhuc perficiunt
Chymici: Eam verò quam Matthiol. in Dial. & Plater. in tr. 3. tra-
dunt preparationem (absit inuidia dictis) cum Lemnio lib. 3. d. oc-
cult. nat. mir. c. 51. p. 270. & Fracast. d. morb. contag. cur. lib. 3. p. 272.
minimè probare possum, cum tantum nuda sit Mercurij precipitatio.
Taceo hic ̄ij. aquas, spiritus, Aquilam albam & diuersorum co-
lorum olea, tam per se, quàm Sibi vel aliorum mineralium admix-
tione confecta, ex quibus postremis ol. vitrum hiacynthium parari
potest, pondere vnius vel ad summum duorum vel in robustioribus
trium granorum, egregia & admiratione digna præstans; eius au-
tem preparationes varias Quercet. in Tetrade p. 465. de q̄ Med.
spag. & in sclopetario recenset.

52. Argento viuo correspondet Antimonium & aliquando ob
naturam Auream & singularem preparationem illud superat, ut à
Quercet. in Tetrade & Crollio Bas. Chym. p. 156. non immeritò
πολύχρυσον dicatur: Parantur enim ex eo, per sublimationem, flores
tam rubicundi quàm albicantes, per destillat. Butyrum ac olea, &
beneficio Draconis terrestris, igne circulatorio puluis Diaphoreticus
& Narcoticus albus, multum in huius morbi curatione facientes:
Tinctura item rubicundissima, tam destillando quàm digerendo, pe-
culiaribus menstruis, ex eo prius probè parato, extrahitur; cutus
aliquot tantum guttule efficaciter operantur: Item q; Sal, sulphur &
Mercurius, ex quo iterum precipitatum citrinum & album, de qui-

bus omnibus consulantur, Parac. tomo 4. 5. & 6. libro 3. de vita longa
cap. 6. lib. Archidox. 6. inq. 1. & 2. operis Chir. partibus &c. Bas. Val-
lent. Monachorum ferè sapientiss. d. nat. metallor. & secretis Antim.
Isaac Holland. Roger. Baccho, Riplæus, Rupeciffa, Ander-
nac. de vet. & noua Med. Suchtenius, Penotus, Thurnheuf.
Quercet. in tetrade à p. 385. ad. 417. Reudenius, Libauius in Al-
chim. magna & Pract. Alchem. Teut. Scheunemannus, Croll.
Phædro, Müllerus & alij, cum scholis Spagyricis priuatis, à
Magni illius Hermetis Trismegisti herede atq. legitima filia, ve-
ra nimirum Chemia fundatis &c. Quæ omnia specificâ suâ anti-
pathiâ morbū, eiusdemq. causas, quibus sublatis postea effectus quoq.
tolluntur, radicitus extinguunt. Quid autem in exhibitione vel
utendi modo talium purgantium &c. obseruandum sit, in praxi quo-
tidie sese offeri & à Capiuac. Matthiolo, Dorneo, Quercet. &
Arnifæo lib. 54. elucidatur.

53. In Sulphure, Tartaro, sale & vitriolo salutaria ad hunc mor-
bum eradicandum quoq. inueniuntur remedia, sed cum non omnino
perfecta eius curationi per se inseruiant & peculiaribus tantum ad-
hibeantur symptomatib. in speciali cura illorum usum & efficaciam
Laconicè enarrabimus. De Auro quidam nostra ætatis Philosopho.
Medici multum garrunt, sed apud eorum neminem veram eius solu-
tionem, sine qua nihil, neq. in Medicina neq. Chrysopepaia, perfici-
tur, videre potui; taceo istos nebulones & resse dignos circumfora-
neos atq. Auri coctores &c. Ideoq. tantisper encomia eius Philosophis
sanioribus predicanda relinquamus, dum Dei gratiâ etiam aliquid
in secretissima & abscondita illius preparatione acquiramus. Et hæc
de generali cura sufficiant.

54. Specialis morbi huius curatio ad vitia & accidentia
peculiariter spectat, ad ἀλωπεκίαν, nimirum, topbos, nodos, ulce-
ra, cariem, scissuras, serpigines, bubones, πτηχίας, Φύμαλα, Phthi-
riasin, urina ardorem &c. Quâ decenter institutâ aliquoties signa
morbi huius recentia, factâ prius decenter euacuatione, absq. de-
cocto,

cocto, siue generali cura integrè sanata sunt. Dolores enim circa ossa
in ribis nuda, homoplatas, clauiculas, in scapulis & capite, circa
frontem ac tempora, erumpentibus interdum simul & nodis, etiam
post curam ligni generalem quandoq; nihilominus persistunt, egrosq;
molestant: Qui unguentis suprascriptis & emplastris: Diuino, de gra-
tia Dei, de Betonica, additis Euphorb. Castor. Iride, Helleboro, Her-
modact. pyretro & alijs artheticis calidioribus in Capite. Platere &
Ghino obujs, Balneisq; seqq. sedandi & abigendi erunt. Ast hac o-
mnia Thurnh. Phædro ac Ruland. in diuersis centuriarum cu-
rationibus illitu Balsami Ser. ol. sulph. eiusq; & ℥ij. spirituum, cum
applicatione Diasulph. emplastri, integrè curauit, Theoph. Parac.
tomo 2. & alibi ol. vitriol. (de cuius virtutib. etiam Matthiolus,
Reudenius & Gramannus videantur) scabiem fixam & lepram
illiuit & sanitati restituit &c. Quercet. c. 30. Tetradis p. 364.

55. Ulcera sepe variant, nam in quibusdam modo humida, modo sicca,
in aliquibus alys caua & sordida apparent: qua, si humida, exiccanda, quan-
do vero sicca decenter irroranda, caua replenda & sordida abstergenda. De
quibus terminis Chirurghi veteres & Neoterici, satis superq; tractarunt: Fe-
lici tamen cum successu inunguntur oleo Guaiaci per descensum preparato, &
spumâ que inter coquendum ab eius decocto colligitur. Rul. cent. 1. p. 139. pur-
gatione ex Esula extracto & decocto ligni cum debita victus ratione & in-
unctione ol. sulph. ac emplastri Diasulph. impositione, curauit. Item oris,
faucium & œsophagi exulcerationem cum diuturnis capitis doloribus &
νεφαλαλγία. Cent. 7. spiritu vitæ Aureo feliciter curauit. In quibus exul-
cerationibus Tabernæmontanus ex vini aceto cum prunis Syluestribus, eo-
rundemq; radicum decoctionib. modico alumine & melle commixtis, opti-
mam collutionem preparauit: quas enim Ronsæus, VVierus, Dodonæus,
Crato in cons. à Scholzio editis, Gabelchouerus obs. & curat. 87. cent. 2.
p. 133. Codronchius lib. 2. d. vitijs voc. cap. 6. p. 129. & consil. de rauced. p.
145. VVernerus Therapeut. lib. 7. sect. 23. p. 343. Horst. prof. Giess. exercit.
Pharm. disput. 9. & post finem libri p. 172. diuersimodè descripserunt: quibus,
necessitate exigente, spiritus vitrioli & sulph. inq; nimia inflammatione sal
Anodynum siue lapis Prunella, ut vocant, ex salenitro puriss. cum sulph. pu-
rificato, sal Cernuaria & Diamoron alternatim admisceantur, ac si opus fue-
rit,

xit, syringâ, abstergendi gratiâ, immittantur. Hi Gargarismi & collutio-
nes etiam in dentibus solutis & tremulis feliciter adhiberi possunt, si postea
gingivarum nodi oleo Merc. Candino, dentes verò lapsuri & mobiles ol. cro-
ci Martis & Moschocario vel è nucibus Myristicis inungantur: de quibus
Phædro ac Thurnheuf. & Croll. Bas. Chym. p. 272. de viribus lapidis
Medicament. p. 274. de usu Butyri Saturnini atq; Mercatus tom. 2. f. 649.

56. Exulceratio penis recens facile curatur etiam simplici Collyrio (ut au-
tor c. 56. Empir. cur. lib. 1. loquitur) Stockeri Syringe in canalem immisso,
& trachiceis Alfaharauj tr. 22. c. 2. operis Prædici. Aquâ item Chirurgi-
rum nostratum viridi, &c. equaliter immisâ & pulueribus appropriatis in
a7. Leust. Petrosel. Ceresol. Pimpinilla &c. propinatis, Balsamo sulph. &
spiritu Thereb. guttatim indies in cereu. calida sumtis: Inueterata verò,
quam etiam vesicæ exulceratio sequi solet, vel generalem ligni, vel specialem
curam Chymicam & Chirurgicam requirit. Quâ de re tamen Forest. lib. 26.
obs. 5. &c. ubi Tarantani Lauatorium per syphonem immittendum & Bayri
unguentum commendat. Plater. tr. 3. locis diuersis & Masar. p. 909. consulatur.

57. Faciem psorosam & pruriginosam, Φύματτα, oculorum & frontis tu-
bercula, progressâ conueniente purgatione, sola ol. Merc. & aqua & inunctio-
ne calidâ, Ruland. cent. 7. p. 133. cent. 8. p. 76. Thurnh. lib. 1. hist. herb. c. 29.
p. 119. oleo Ceruaria inunxit. Ulcera nasi Gartias ab Horto, Manard. &
VVittich. folijs Tabaci, Parac. Phædro & Croll. emplastro stylicio, Car-
richt. lib. 2. Praxeos c. 16. & lib. 3. c. 11. p. 149. ol. è corticibus Betularum per
descensum destill. integrè sanarunt. Oris, labiorum, manuum, pedumq; vl-
cera ablutione aque Merc. tepide Rul. cent. 7. p. 159. idem Parac. Tornel.
& Phædro ol. Merc. Candino & Guaiacino curarunt. Macula verò reli-
cta ol. Talci (cuius ℥β. Parac. in comitatu Neussensi 30. coronatis vendidit)
& Crystallorum, cui ad manus sunt, itemq; ol. Tart. ex proprio sale per reso-
lutionem facta, & aqua singulari è vino Maluiatico & Myrrha alba &c.
destill. vel Cosmetico Crolliano & alijs pretiosis ab Isabella Cortele,
Fallopio & Pædemontano, Lemnio d. occult. nat. mir. lib. 3. c. 6. p. 310.
& Paræo de Med. facult. & composit. lib. 25. cap. 44. pag. 625. descriptis, vel
ol. Mastichino & è nucleis Cerasorum Marefcotti compend. Med. p. 256.
vel lacte virginis &c. deleri & dealbari possunt. Glabritiem & capillorum
defectum Phædro lixiuio ex Absynthio, Roremar. Beton. Mentastro, Pu-
leg. Abrot. rosis, nucib. Cupressi, rad. Asari, Turp. Orient. adiuncto saponè
Veneto primum abluat ac tepide deterfit, postea rursum aq. stillat. Mellis, Fri-
nâ, ol.

nà, ol. serpentum & Gariophyll. illinit & Mysterium suum cum Theriaca, El. è succo ros. cum vini Traminei ꝑ. ꝑ. propinauit. Massaria p. 911. peculiarilixiuio, Oleo & Linimento vsus est.

58. Caries per penis, palati & narium exesione orta, curatur per exiccantia ex decocto Plantag. Persicar. & ros. Thut. prap. Aloë hepat. Corall. rub. animà & congelatà, croco Martis, cinerib. sem. Anethi, terrà Sigill. & Cariophyllata preparato, vel aqua Fracastorij è Theriaca, Sandarac. arugaris & aceto. vel Sacharum Saturni Crollian. per Syringem cum decocto conueniente in penis canalem inijciatur. Osium verò caries eraditur potissimum instrumentis Chirurgicis, idq; vel scalpro incisario vel rasorio & in profunda carie terebrà. Medicamentis verò attrahitur & expurgatur illinendo oleum sulph. & imponendo empl. Diasulph. vel Oppodeldoch Parac. ad hunc affectum in Chir. parua peculiariter descriptum, vel empl. Crollij sticticum. Bas. Chym. p. 267. vel caroticum Phædronis Lauacrum ex ol. Vitrioli, aquà sangu. hum. & hydropip. confectum: Aquà item barbitonforum, nostratum Chirurgorum & Balneatorum quorundam viridi abigitur, si non nimis corrodeni vim (vt eorundem aq. Grisea, quà in cura serpiginum & c. utuntur) obtineat.

59. Cauteria ignita, Itali, Galli & reliquarum nationum Scriptorum sibi metipsis reseruent, interdum enim licitorum more (quod Chirurgum fidelem & Christianum non deceat) miseris decumbentibus (vt serra in initio Gangrana vel ignis Persici, qua multis Magisterium & vltimum quasi Asylon existit, his tamen, qui nunquam vera Chirurgia limites salutarunt, nec Saturni, Vitrioli & Salis, & c. proprietates topicas norunt, attamen nihilominus à cæco mundo pro sapientib. & exercitatis, quodq; magis est, pro Magistris Chirurgiæ estimantur & habentur & c.) necessitate nondum urgente adhibentur; Cum Deus longè melioratum in ἐγχείρησι, tum Pharmaceuticà nobis hac ætate benignè concessit, hic iam non recensenda, sed Laconismi gratià prætereunda, cum etiam à Scholtzio in consil. & Heurnio lib. 1. Meth. cap. de cauter. & Fabricio illo Hildano in speciali tr. d. hac materia perscripto, transacta atq; à Bartholino expectanda sint.

60. Bubones, tophi, gummata & casus dentium, primum ratione morbi, secundo ratione impuritatis Mercurij accidunt. Quando enim ex morbi proprietate ante inunctum Merc. prodent, bubones Pestilentium instar sunt tractandi, idq; partim per ventosas, partim per cataplasmata & empl. emollientia & attrahentia, ex Althæa, sænu Græco & Meliloto & c. vel cæpà asbà cum Ther. Androm. & fermento commixtâ: Rad. item Bryon. Ireos, gum.

Ammon. & Galbano vel empl. Phædronis ex Diachylo magno, ol. è laterib. Galb. & Ammon. & c. vel Balsamo è visco Betula, axungiaq; canis & caponum iuxta Carricht. preparato, unguento item Fracast. digestivo lib. 3. de contag. morb. cur. p. 261. descripto. Si his iusto tempore non maturetur & aperiantur, Phlebotomon, vel Cauterium Ioan. Bapt. Zepate ex Merc. subl. & Antim. spagyricum, vel Achal Alsaharauj tr. 29. Pract. c. 10. fol. 120. vel VVirfungianum parte 5. c. 3. §. 8. & Thurnh. è sale Sesei. Æthiop. cum Merc. precip. confectum hist. herb. c. 33. p. 138. seu aliud quoddam Fontanelis aliàs conueniens, nempe ex Merc. crudo, amylo, bolo Arm. Camph. & aq. ros. vel ex calce vina, Auripigm. Cinerib. Isatid. & Fraxini atq; lixivio paratum applicetur: dein consolidantia ex Balsamo Hyperici & Oppodeldoch; ac si opus fuerit mundific. ex Turp. Miner. & Merc. precip. adhibeantur, ne Fistulam impuram pus inducat.

61. Rhagades decoctis & cataplasmatibus emollientibus, tum postea suffusis ex Cinnab. Merc. precip. & c. fuentur. Si autem calli non decidant post sium abradendi & deniq; inungendi erunt unguento Dialth. ol. Camomill. Amm. in Aceto vini dissoluto, aliòne conuenienti linimento, cuius Mastaria p. 13. unicum ex ungu. ros. Mesuei, Merc. precip. & pulu. ligni meminit. Gummata, Caruncule, Gomorrhœa virul. casus dentium, serpigines & verruce, quomodo caussentur, desintantur & curari debeant, apud Chirurgos tam veteres, quàm recentiores, inq; Capiu. à pag. 74. ad 85. Phædr. p. 33. & Arnixo à th. 63. ad 70. & ultimam, passim extat, quapropter iam finem facimus & ad Auctores animum deuoluimus.

62. Illud autem ante omnia obseruandum & ab agrotis sciscitandum erit, utrum unguentis Mercurialibus, antea vsi fuerint, an verò affectus & symptomata ex sola luce prouenerint, quia ex inunctione & introducta, absq; eius expulsiõne dicta & reliqua symptomata haud exquisitè & appositè curari poterunt: Quapropter primò expurgatur & attrahitur Auri Ophyrisi & purissimi in ore gestatione, reiteratq; permutatiõne, ut Lemnius d. occulti. nat. Mir. lib. 2. c. 51. p. 270. testis est: 2. educitur cum syr. extractiõnis Pimp. descriptionis Tabernæm. & ex rad. serpilli. 3. per Balnea Sulphurea, Vitriolata, Nitrosa & aliquà ex parte Aluminosa, quibus etiam lues exactè, citra Fracastorij opinionem, sepius curatur, inter quæ Therma Piperinæ & Badenie Heluetiorum optima & c. & plura alia in Paracello, Fuchio, VVeck. Rul. Agric. Thurnh. Sauonarola & c. ubi de thermis Europæis & aliarum regionum agunt, descripta: Arte verò parata siue factita (quibus etiam per se antegressà purgatione recens lues cum symptomatis expellitur) è Scabiosa,

bioſa, Cynogloſſa, Leuiſt. Lappat. fumar. ſaluia (qua peculiari vi ad extrahendum Mercurium prædita) Betonica, Abſynth. roſis, Ebulo, Sanicula, Centaur. Chelid. utroq., Pyrola ſyluaſ. folijs & locuſtis quercus & Iuniperi, Lupinis, lentib. fl. Camom. Meliloti, rad. Ebuli, Vincetox. ſolidag. maior. Ariſt. rot. & longa, gravis Iuniperi & c. quibus poſt cœnam alternis diebus antiſper, donec Mercurius in magna copia ad fundum ſolij reperiatur, ac exanthemata, tophi diro cruciatu oborti, malignaq; ulcera euauerint, uti poſſunt, ut Carricht. lib. 2. Prax. c. 16. & lib. 3. c. 7. p. 136. Bauhin. d. comp. med. cap. 55. Claudinus de nat. Balnei aq. dulc. tep. & alij hiſce de rebus tractantes abunde ſatis deducunt. 4. Vnguentis: Agrippæ, Martiato, Arreg. ex Ariſt. ſalu. fl. Anthos & Euphor. conſectis, ol. item Vulpino, Nardino, Camomel. Laurino, Benediſto Fiorau. & è Laterib. atq; Euphorbio deſtillatis, qua Mercurium corporalem viſibiler extrahunt, ac dolores mitigant: quod ex eorum qualitatibus à Rondelet. in diſpenſ. Syluio lib. d. comp. med. p. 277. & c. & V Venero lib. poſter. Therap. ſect. 24. p. 355. deſcriptis facile elicitur.

63. *Dysenteria ſiue ex morbi virulentia, ſiue ex diuerſis & violentis purgationibus ſuperueniat, iſdem remedijs, quibus aliàs citra hanc luem ſiſtitur, curari poterit: ad quam ſiſtendam Crocus ♂ & ♀ genuino modo paratus, eſſentia ac ol. eorum & ol. Boli Arm. à Quercet. & V Veck. deſcriptum, ſpecific. Dyſentericum Croll. p. 251. tinct. & ſolut. Corall. rub. ol. item ſalis & c. optimè faciunt.*

Τῶ μόνῳ Θεῷ δόξα.

Ad præſtant. ornatifs. & doctifs. dn. ANDR. SINGERVM,
 Medicinarum & Chirurgiæ Candidatum.

Nunc VIR es, ANDREA SINGERE, fatiſq; probatum,
 Quam clueas Mediçæ cognitione rei:
 Dum LVE DE VENERIS, ſcortantum munere digno,
 Diſſeris, & Theſium læta nitore ligas.
 Eſto VIR in reliquum, SIGFRIDO promptus obedi,
 Atq; alijs, virtus queis tua nota fatiſ.
 Sudaſti, ſudas, ſudabis, peruigil antro
 Subter Apollineo, præmia ferre neges?
 Non ita: Lætus adi Templum (quia dignus) Honoris,
 Pandere quod famulis geſtit APOLLO ſuis,
 Crede, tuis aderit Medicorum Maximus auſis,
 Quo Medico, Medici cura laborq; valent.
 Audiat id Liuor, quis curat? hic optima ſemper
 Dum rodit; ſcabie roditur ipſe ſua.

*Val. Cremonius D. D. Sebaſt. & Nicol. Magdeb.
 Eccleſiaſtes & Gymnaſij Poëta.*

A L I V D.



ANDREA, Medicas quem Phœbus honestat ob artes!
 Tun' artis Medica nunc modo DOCTOR eris?
 Certè eris & merito: Nam quid Medicamina præstent,
 Nosti ex Hippocratis Philyridaq; libris.
 Sed mox audaci mordet te Zoilus ore,
 Esse putans cœptum hoc ambitionis opus.
 Hoc nil te moueat, sicut sic Momus & audax
 Enomat in quosuis pessima quaq; bonos.
 Tu modò perge, tuis bene cœptis ultima primis
 Effice certatim consona: DOCTOR eris.

M. Henricus Decimator, Junior.

A L I V D.



Inuidus inuideat cœpto, improbus improbet osor,
 Ne cura, tibi sit pergere cura magis.
 Diligit inuidiam virtutis plenus & artis,
 Inuidus & quicquid non probat, ipse probat.
 Cœpto perge modo modò, eris clarissimus inter
 Vir Medicos, Medicâ magnus & arte, viros.
 Sic placuisse Deo poteris, placuisse peritus
 Arte agris doctâ subueniendo viris:
 Vtiliora quibus (multis testantibus) addis,
 Diram quæ pellunt pharmaca sumta luem.
 Ipse tuo, cultor Medices doctissime, cœpto
 Grator, Teq; soli mitto poliq; Deo.

Iohan. Crugerus SS. Theol. stud.

A L I V D.



Mplius obscuris tua non te claudier umbris,
 ANDREA, virtus ingeniosa sinit.
 Sed monet, ut moueas conanime pralia magno,
 Pralia, quæ Medico discutienda foro.
 Dira Lues Veneris; tamen hanc expellere labem
 Mercurio, nitro, sulphure, Sole doces.
 Hecce parare labor, sed tu ne cede labori,
 Præmia mox tanto digna labore feres.

Frid. Ienckius, Suebuisenf. Sil.

F I N I S.